

non occurrat Festum Duplex; de  
Dominica.

Pro Commemoratione Concep-  
tionis Beatæ Mariæ, Antiphona.  
Unica est columba mea, una est  
perfecta mea, una est Genitricis suæ  
electa. Vidérunt eam animæ sanc-  
tæ, & immaculatam prædicaverunt.  
✠. Dómine, diléxi decorem domus  
tuæ. **R.** Et locum habitatiónis gló-  
riæ tuæ.

Oratio.

**D**Eus, qui per immaculatam  
Virginis Conceptionem dig-  
num Filio tuo habitaculum præpa-  
rasti: quasumus, ut qui ex morte  
eiusdem Filii sui prævisa, eam ab  
omni labe præservasti; nos quoque  
mundos ejus intercessiône, ad te  
pervenire concedas. Per eundem  
Dóminum nostrum Jesum Christum  
Filium tuum.

OFFICIUM  
S. JACOBI APOSTOLI,  
HISPANIARUM  
APOSTOLI ET PATRONI,

Et indulto Clementis Papæ IX. dato Romæ 23. Julii 1667 recitandum  
in omnibus Hispaniarum Regnis sub ritu Semiduplici, omnibus Feriis  
secundis non impeditis festo novem Lectionum, excepto Adventu,  
Quadragesima, Vigiliis, & Feria secunda Rogationum.

OFFICIUM

Incipit à primis Vesperis, &  
Incipit in ii. Vesperis Dominicæ sicut  
Comm. S. Jacobi.

Ad Magnificat, Antiphona.  
Misit Heródes rex manus, ut affil-  
geret quosdam de Ecclesiá, occidit  
autem Jacobum fratrem Joánnis  
gládio. ✠. In omnem terram exivit  
sonus eórum. **R.** Et in fines orbis  
terre verba eórum.

Oratio.

**E**sto Dómine plebi tuæ sanctifi-  
cator & custos: ut beati Jacó-  
bi Apostóli tui munita præsidii, &  
conversatióne tibi placeat, & secu-  
ra mente deserviat. Per Dóminum.

Deindè Antiph. Sancta Maria,  
& reliqua Suffragia consueta.

Ad Matutinum, omnia usque ad  
Lectiones de Comuni Apostolor.

In primo Nocturno, Lectiones de  
Scriptura occurrente.

**R. i.** Procédens Jesus juxta mare  
Gallæe, vidit duos fratres, Jacó-  
bum Zebedæi, & Joánnem fratrem  
eius, in navi, ✠. Et vocávit eos:  
quí statim relictis rétib; & patre,  
secúti sunt Dóminum. ✠. Erant  
Jacobus & Joánnes fratres in navi  
cum Zebedæo patre eórum, reficién-

tes rétia sua. Et vocávit.

**R. ii.** Vocávit ad se Dóminus Jacó-  
bum Zebedæi, & Joánnem fratrem  
Jacóbi, & fecit ut essent secum in-  
ter duodecim, & ut mitteret eos  
prædicare. ✠. Et impósuit eis nóm-  
ina, Boanérges, quod est, filii ton-  
itru. ✠. In omnem terram exivit  
sonus eórum, & in fines orbis ter-  
ræ verba eórum. Et impósuit.

**R. iii.** Cúm venisset Jesus in do-  
mum principis synagógæ, ✠. Non  
permisit intráre secum quemquam,  
nisi Petrum, & Jacobum, & Joá-  
nnem, & matrem puéllæ.  
✠. Et dixit: Nolite flere, non est  
mórtua puélla, sed dormit. Non.  
Glória Patri. Non.

MEMSIBUS MAJO, ET JUNIO.

In ii. Nocturno. Lectio iv.

Sermo Sancti Augustini Episcopi.

Sermone 43. de Sanctis.

**S**I ómnium Sanctórum Mátyrum  
grata nobis debet esse solénni-  
tas, fratres charissimi, quantò grá-  
tior eórum, qui præsentem secúti  
sunt principem Mátyrum? Si agnó-  
rum, quantò magis arietum? illórum  
enim filii, non generatióne carnis,  
sed imitatióne virtutis facti sunt om-  
nes, qui postérius usque ad mortem

Cccc

con-

confessi sunt Christum. Hos obtulerunt populi Géntium, de quibus Psalmus antè cantavit, dicens: Afferte Dómino filios arietum. His primùm Dóminus cum ad confessiõnem sui nómínis hortaretur, non solum se promissit victória coronatorem, sed & certáminis adiutorem. Etiam in ipsis & pósteros admonébat: quóniam quod dicebat, scriptum pósteris relinquebat. Illis ergo ait, exhortans eos: Cum adducéret vos ad principes, & potestates, nolite cogitare, quid respondeátis, vel quid loquámini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spíritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Meditari vultit, & confiteri præcepit. Maluit enim asferre præsumptiõnem humanam, & grátiam dare divinam, ut in semetipsis timidi, & mundo essent audaces. Undè & in állo Psalmo vox Márytum dicit, quasi ex parte humanæ fragilitatis verèndo: Eripe me de inimicis meis, Deus meus, & ab insurgéntibus in me libera me. Et paulo post, de auxilio divíno confidens, dicit, fortitudinem meam ad te custodiám.

**R.** Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joánnem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seorsum. **R.** Et transfiguratus est ante eos. **R.** Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquéntes. Et transfiguratus.

**Lectio vj.**

**S**upra cæteras enim turbas fídelium nec non antiquorum iustórum & Prophetárum, eminentes Apostolos suos volens Dóminus ostendere, dixit ad eos: Beati óculi, qui vident, quæ vos vidétis; & aures, quæ audiunt, quæ vos vidétis. Multi enim Prophète & iusti voluerunt videre, quæ vos vidétis, & non viderunt; & audire, quæ vos auditis, & non audierunt. Item ál-

bi: Jam, inquit, non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciát dómínus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Item ait idem állo loco: Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in celo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in celo. Item, álbi sciscitanti Petro, quid sibi & sociis suis profulsset reliquisse omnia, & sequi Redemptorem, respondit, dicens: Amen dico vobis, quod vos qui secúti estis me, in regeneratiõne, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duódecim judicantes duódecim tribus Israël.

**R.** Potestis bibere cálicem, quem ego bibo? aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? dixit Jesus Jacobo & Joánni filis Zebedæi.

**R.** At illi dixerunt ei: Possumus.

**R.** Cálicem quidem, quem ego bibo, bibétis; & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini. At illi,

**Lectio vij.**

**I**sti sunt lux mundi, quia per ipsos lumen fidei & veræ scientiæ primùm Dóminus huic mundo trádidit; & ab errorum ac peccatórum ténébris gentes & pópulos eruit. Isti sunt sal terræ quia per eos terrigenæ condiméntum sapóris vite æternæ perceperunt, ut restringerent carnis lasciviam, & à putredine peccatórum & vitiórum verbum servarentur illasi. Isti sunt lapides pretiósí, quos in fundaménto cælestis ædificií posíto Joannes in Apocalypsi sua describit, quia prædicatione eórum Ecclesiæ fundaménta locávit. Undè & Paulus ait: Vos estis cives Sanctórum, & domesticí Dei, superædificati super fundaméntum Apostolórum & Prophetárum. Isti sunt duódecim portæ Jerusalem

no-

novæ, quæ de celo descendit, quia per ipsos januam fidei primùm intrávimus, & inter cives Sanctórum adnumerati sumus.

**R.** Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joánnem secum, & cepit pavere, & tædere. **R.** Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem. **R.** Sustinete hié, & vigilate mecum. Et ait illis, Glória Patri. Et ait illis. **MENSIBUS JULIO, AUGUSTO ET SEPTEMBRI.**

**In secundo Nocturno.**

Ex Tractátu Sancti Augustini Episcopí super Psalmos.

**Lectio iv.** *In Psalm. 44.*

**P**ro pátribus tuis nati sunt tibi filii. Genuerunt te Apostóli: ipsi missi sunt, ipsi prædicaverunt, ipsi patres. Sed numquid nobiscum corporaliter semper esse potuerunt? Et si unus ipsórum dixit: Cúpio dissólví, & esse cum Christo; multo magis óptimum est: manere autem in carne necessariúm propter vos. Dixit hoc quidem, sed quamdiu hic manere potuit? Numquid usque ad hoc tempus? Numquid usque in pósterum? Ergo illórum abscessu desérta est Ecclesiá? Absit. Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii. Quid est, pro pátribus tuis nati sunt tibi filii? Patres missi sunt Apostóli: pro Apostólis filii nati sunt tibi, constituti sunt Episcopí.

**R.** Assumpsit Jesus. 170.

**Lectio v.**

**H**odiè enim Episcopí, qui sunt per totum mundum, undè nati sunt? Ipsa Ecclesiá patres illos appellat: ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo te putes desértam, quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos per quos nata es. De prole tua tibi creavit paternitas. Pro pátribus tuis nati

sunt tibi filii. Constitues eos principes super omnem terram. Vide templum Regis, quam latè diffusum est, ut noverint virgines quæ non adducuntur in templum Regis, non se ad istas nuptias pertinere.

**R.** Potestis bibere. 170.

**Lectio vj.**

**P**ro pátribus tuis nati sunt tibi filii. Constitues eos principes super omnem terram. Hæc est cathólica Ecclesiá: filii ejus constituti sunt principes super omnem terram, filii ejus constituti sunt pro pátribus. Agnóscant, qui præci sunt: veniant ad unitatem: adducantur in templum Regis. Templum suum Deus ubique collocávit: fundaménta Prophetárum & Apostólorum ubique firmávit: filios genuit Ecclesiá: constituit eos pro pátribus suis principes super omnem terram.

**R.** Assumpsit Jesus. 170.

**MENSIBUS OCTOBRI ET NOVEMBERI.**

**In secundo Nocturno.**

De Expositiõne Sancti Augustini Episcopí super Psalmum octogésimum sextum.

**Lectio iv.** *Ant. mediám.*

**F**undaménta ejus in montibus sanctis; diligit Dóminus portas Sion. Quare sunt fundaménta Apostóli & Prophète? Quia eórum auctoritas portat infirmitatem nostram. Quare sunt portæ? Quia per ipsos intrámus ad regnum Dei. Prædicant enim nobis: & cum per ipsos intrámus, per Christum intrámus. Ipse est enim jánuá. Et cum dicuntur duódecim portæ Jerusalem, & una porta Christus, & duódecim portæ Christus, quia in duódecim portis Christus: & ideò duodenárius numerus Apostólorum. Sacraméntum magnum hujus duodenárii significatió est númeri. Sedebitis, in-

Cecc 2

quit,

quit, super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israël.

**R.** Assumpsit Jesus. 170.

**Lectio vj.**

**S**I duodecim sellæ ibi sunt, non est ubi sedeat tertiusdecimus Paulus Apóstolus, & non erit quomodo iudicet: & ipse iudicatum dixit non homines tantum, sed & angelos. Quos angelos, nisi apóstatas angelos? Nescitis, inquit, quia angelos iudicabimus? Respondéret ergo turba: Quid te iactas iudicatum? Ubi sedebis? Duodecim sedes dixit Dominus duodecim Apóstolos: unus cecidit Judas, in locum ipsius Sanctus Mathias ordinatus est; impletus est duodenarius numerus sedium. Primum locum inveni, ubi sedéas, & sic te minare iudicatum. Duodecim ergo sedes quid sibi velint, videamus. Sacramentum est cuiusdam universitatis, quia per totum orbem terrarum futura erat Ecclesia: undè vocatur hoc ædificium ad Christi compagem.

**R.** Potestis bibere. 170.

**Lectio vj.**

**E**T idèd quia inique ventur ad iudicandum, duodecim sedes sunt: sicut quia inique intratur in illam civitatem, duodecim portæ sunt. Non solum ergo illi duodecim, & Apóstolus Paulus, sed quotquot iudicaturi sunt, propriè significationem universitatis ad sedes duodecim pertinent: quemadmodum quotquot intrabunt, ad duodecim portas pertinent. Partes enim mundi quatuor sunt, Oriens, Occidens, Aquilo, & Meridies. Istæ quatuor partes assidue nominantur in Scripturis. Ab istis quatuor ventis, sicut dicit Dominus in Evangelio, à quatuor ventis se collecturum electos suos: ab omnibus ergo istis quatuor ventis vo-

catur Ecclesia. Quomodo vocatur? Undique in Trinitate vocatur. Non vocatur nisi per baptismum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Quatuor ergo ter ducta duodecim inventiuntur.

**R.** Assumpsit Jesus. 170.

**MENSIBUS MAJO, ET JUNIO.**

**In tertio Nocturno.**

**Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.**

**Lectio vij.**

**Cap. 20. c.**

**I**N illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 66. in Matthæum.

**S**edere autem ad dexteram, & ad sinistram, non est meum dare: sed quibus paratum est à Patre meo. Quidnam sibi vult, quod modo dictum est? Duo enim hic à multis queruntur. Primum, si à dextris eius sedere quibusdam paratum sit. Alterum, si Dominus omnium non possit illis præbere, quibus paratum est. Ex quibus primo solutio, alterum etiam patèbit. Quid igitur est, quod dicit? nullus profecto à dextris, nullus à sinistris eius sedebit. Inaccessibilis quippe sedes est illa, non hominibus dico solum, sed Angelis, sed Archangelis, cæterisque Virtutibus. Quod quasi præcipuum Unitænitati privilegium Paulus possuit, dicens: Ad quem autem Angelorum dixit umquam, Sede à dextris meis? Et ad Angelos quidem inquit, Qui facit Angelos suos spiritus: ad Filium autem, Thronus tuus Deus in sæculum sæculi.

**R.** Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia: Occidit autem Jacobum fratrem Joannis gladio. **V.** Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & sapientes, & Scri-

scribas; & ex illis occidètis. Occidit.

**Lectio vij.**

**Q**uomodo igitur dixit: Sedere à dextris, atque à sinistris meis, non est meum dare? An quia eosessuri alii sunt? minime inquam. Ad mentem enim interrogantium condescendens respondit. Non enim de sublimi sede illa, quæ ad dexteram Patris est, aliquid sciabant, qui vel multo inferiora, quæ quotidie auribus eorum inculcabantur, non percipiabant. Unum solummodo querébant, præfecturâ potiri, & omnium se primos apud eum constitui: quodque jam diximus, cum duodecim sedes audissent; ignorantes quod dicebatur, primum consensus postularunt.

**R.** Iste est, qui ante alios Apóstolos primus plantavit Ecclesiam sanguine suo: Cujus corpus in Galæciam delatum, per totum orbem gloriâ illustratur. **V.** O sidus, ò decus Hispaniæ, Sancte Jacobè Apóstole, intercede pro nobis ad Deum qui te elegit. Cujus corpus. Glória Patri. Cujus corpus.

**Lectio ix.**

**Q**uid igitur ait Christus? Propter me quidem, ac prædicationis meæ gratiâ moriémini, & meæ passionis participes eritis, sed non est id satis ad primum locum atque ordinem obtinendum. Nam si quis postea veniet martyrio & aliarum omnium numero virtutum ita decoratus, ut non parum excedere vos videatur, nolite credere, quia vos amo, cæterisque antepono, idcirco eo, qui majoribus nite operibus, expulso, vobis primum me locum daturum.

Te Deum laudamus. 12.

Si occurrat Festum Simp. ex duob. Læctionib. fiat una, & tunc nona Læctio erit de Sancto Simplicio.

**MENSIBUS JULIO, AUGUSTO ET SEPTEMBRI.**

**In tertio Nocturno.**

**Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.**

**Lectio vij.**

**Cap. 20. c.**

**I**N illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Homilia 66. in Matthæum.

**S**edere autem à dextris, & à sinistris, non est meum dare: sed quibus paratum est à Patre meo. Quibus porro præparatum est? Illis videlicet, qui fulgentissimi operibus evasuri sunt. Idcirco verò dixit, Non est meum dare, sed Patris mei: ne quis infirmum atque impotentem ad hanc ipsam fore retributionem opinetur. Sed quomodo modo? Non est meum, inquit, sed quibus paratum est. Verum, ut clarius fiat quod dicimus, exemplo id ante oculos ponamus. Ad editorem igitur munerum atque certaminis, quò multo ac præclarior athlète confluant, duos quosdam ipsi præcipua familiaritate conjunctos accessisse fingamus, qui amicitia principis freti, postulare audeant, ut victores ipsi præconio declarati coronentur. Quibus ille respondeat: Non est meum id dare, sed quibus labore atque sudore præparatum est.

**R.** Misit Herodes. 171.

**Lectio vij.**

**N**um igitur, quasi non potentem illum id facere, condemnabimus? Nequaquam: sed justitiam ejus admirabimur: & quoniam non personam, sed rem respiciet, laudabimus. Quemadmodum igitur editionis munerum atque certaminis principem, non quia non potest, sed quia non vult luctationis trans-

transgredi leges, & iustitiæ ordinem conturbare: sic utique Christum id dixisse affirmamus.

**R.** Iste est qui. 171.

**Lectio IX.**

**I**Ta undique illos compellebat in gratia Dei primùm, deinde in laboribus propriis omnem salutem, & gloriæ spem repõnere. Ideò dixit: Quibus paratum est, nam si alii præstantiores videbuntur, si excellentiora, quam vos, opera facturi sunt, quomodo illis expulsi, locum eorum vos occupabitis? An quia mei discipuli estis, idcirco etiam si non digni primatu eritis, præmia tamen quoque consecuturos vos arbitremini?

**Te Deum laudamus, 13.**

**Si occurrat Festum Simplex, ex duabus Lect. fiat una, & tunc nona Lectio erit de Sancto Simplicio.**

**MENSIBUS OCTOBRI ET NOVEMBRI.**

**In tertio Nocturno.**

**Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.**

**Lectio VII.**

*Cap. 20. c.*

**I**n illo tempore: Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

**Homilia S. Ambrósii Episcopi. Lib. 2. de Fide ad Gratianum, cap. 3.**

**P**otestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicens autem illis, possumus: ait illis Jesus: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Quam patiens & clemens Dominus, quam alta sapientia, & bona charitas! Volens enim ostendere, quòd non perfunctoriam rem aliquam discipuli postularent, sed eam, quam impetrare non possent; prærogati-

vam eis paternæ honorificentiæ reservavit, non metuens, ne quid iuri proprio derogaret, qui non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: simul diligens discipulos: quia, sicut habes, Usque in finem diléxit eos. Noluit his, quos diligeret, videri quòd peterent denegasse sanctus & bonus Dominus; qui mallet aliquid dissimulare de jure, quam de charitate depõnere. Charitas enim patiens est, benigna est, non æmulatur, non inflatur, non quaerit quæ sua sunt.

**R.** Misit Herodes, 171.

**Lectio VIII.**

**D**enique, ut agnoscatís non infirmitatis, sed indulgentiæ esse quòd dixit, Non est meum dare vobis; ubi sine matre filii Zebedæi rogant, nihil de Patre dixit: sic enim habes, Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Ità Marcus Evangelista posuit. Ubi verò mater pro filiis rogat, hoc est secundum Matthæum, Non est, inquit, meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo: Hic addidit à Patre meo: quia maiorem indulgentiam materis poscèbat affectus.

**R.** Iste est qui ante Deum, 171.

**Lectio IX.**

**Q**uòd si putant dicendo, Quibus paratum est à Patre meo, quòd aut Patri plus tribuit, aut sibi aliquid derogavit: dicant, utrum & illic putent Patri aliquid derogatum, quia dixit in Evangelio Filius de Patre, Pater non iudicat quemquam? Quod si sacrilegium putamus dicere, quòd Pater ita iudicium detulit Filio, ut ipse non habeat: (habet enim, nec potest amittere, quòd habet naturaliter divina maiestas,) sacrilegium utique æstimare debemus, quòd non potest Filius dare quiddam, aut homines mereri possunt, aut quaeris

ac

accipere creatura, præsertim cum ipse dixerit: Ego ad Patrem vado: & quodcumque ab eo petieritis in nomine meo; hoc faciam.

**Te Deum laudamus, 12.**

**Si occurrat Festum simplex, ex duabus Lect. fiat una, & tunc IX. Lectio erit de Sancto Simplicio.**

**AD LAUDES,**

**& per Horas, Antiphona.**

**A**ccéssit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. **Psalm.** Dominus regnavit. **cum reliq. de Dominica, 13. Ant.** Dic, ut sedéant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. **Ant.** Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? **Dicunt ei:** Possumus. **Ant.** Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & ad sinistram, non est meum dare vobis; sed quibus paratum est à Patre meo. **Ant.** Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister.

**Capitulum.**

*1. Cor. 4. b.*

**F**ratres, Puto quòd Deus nos Apóstolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

**Hymnus.**

**J**esu salus mortalium,  
Nobis ades, dum dicimus  
Laudes Patróni Hispaniæ,  
Tuam canentes gloriám.

**Laudandus hic est unice,**

Quòd primus in certamine  
Apóstolis ex ómnibus  
Pro te profudit sanguinem.  
Tui beatus plaribus

Notis amoris máximi:  
Quòd testis usque interfuit  
Reconditis mysteriis:  
Seu vi poténtis dextera  
Surgit Jairi filia,  
Quando in patérnis ædibus

Est excitata ab inferis:  
Seu vultus, ut sol, splendidus,  
Et vestis, ut nix, candida,  
Thaboris alto in vertice  
Signum tuæ dant gloriæ:  
Seu monte olivæ cònsito,  
Angòris est index tui  
Sudor, tuo de corpore  
Cui gutta manans sanguinis.

**Deo Patri sit gloria,**

Ejusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paráclyto,  
Eternum, & omne in sæculum. Amen.

**V.** Annuntiaverunt opera Dei.

**R.** Et facta ejus intellexerunt.

**Ad Benedictus, Antiphona.**

Visitavit nos per sanctum suum Apóstolum, & fecit salutem de inimicis nostris, Dominus Deus noster.

**Oratio.**

**E**sto Dómine plebi tuæ sanctificator & custos: ut beati Jacobi Apóstoli tui multa præsidia, & conversatio tibi placeat, & securam mente deserviat. Per Dóminum, &c.

**Deinde Antiphona Sancta Maria, & reliqua Suffragia consueta.**

**Ad Tertiam, Antiphona.** Dic, ut sedéant. **Capitulum.** Fratres, Puto quòd Deus, ut supra.

**R. br.** In omnem terram \* Exivit sonus eorum. In omnem. **V.** Et in fines orbis terræ verba eorum. Exivit. Glória. In omnem. **V.** Constituit eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nómínis tui Dómine.

**Ad Sextam, Antiphona.**

Potestis bibere calicem.

**Capitulum.**

*1. Cor. 4. c.*

**N**os stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

**R. breve.** Constituit eos principes \* Super omnem terram. Constituites. **V.** Mémores erunt nómínis tui Dómine. Super. Glória Patri. Constituites

Cccc 4

tues

tues. **V.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. **R.** Nimis confortatus est principatus eorum.

**Ad Nonam, Antiphona.**

Quicumque voluerit.

**Capitulum.**

**i. Cor. 4. 7.**

**N**am si decem millia pedagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

**R. breve.** Nimis honorati sunt amici tui Deus. Nimis confortatus est principatus eorum. Amici. Gloria Patri. Nimis. **V.** Annuntiaverunt opera Dei. **R.** Et facta ejus intellexerunt.

**Ad Vesp. nisi sequat. Festum Duplex, Añæ. de Laudib. 165. Psalmi de Comm. Apost. in secundis Vesp.**

**A Capitulo de sequenti Festo si fuerit Semidupl. & tunc pro Commem. S. Jacobi, Añæ. O beatum Apostolum. V. Annuntiaverunt, ut infra. Oratio.** Esto Domine plebi, ut supra.

Postea Antiphona Sancta Maria, & reliqua Suffragia consueta.

Si verò non sequatur Festum Semiduplex.

**Capitulum.**

**i. Cor. 4. 7.**

**R**atres, Puto quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

**Hymnus.**

**D**efensor alme Hispaniæ Jacobe, vindex hostium, Tonitruum quem Filium

Dei vocavit Filium: Huc cœli ab altis sedibus, Convertere dexter lumina, Audique lati deditas Grates tibi quas solvimus.

Grates refert Hispania, Felix tuo quæ nomine, Te gloriantur jugiter Dignata sacris ossibus,

Tu cæca nox, atque impia Nos cum teneret vanitas, Lucem salutis primitus

Oris Iberis impetras. Tu, bella cum nos cingerent, Es visus ipso in prælio, Equoque & ense acerrimus

Muros furentes sternere. Freti tuo nos pigiore, Largum tuo te munere Rogamus omnes, ut tuæ Spe protegas præsentia.

Deo Patri sit gloria, Ejusque soli Filio, Cum Spiritu Paraclito, Et nunc, & omne in sæculum. Amen.

**V.** Annuntiaverunt opera Dei. **R.** Et facta ejus intellexerunt.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

**O** beatum Apostolum, qui inter primos electus, primus omnium Apostolorum Domini calicem bibere meruit! O gloriosum Hispaniæ regnum, tali pignore ac patrôno munitum, per quem fecit illi magna, qui potens est, alleluia.

**Oratio.** Esto Domine, ut supra. **Deinde Antiphona Sancta Maria, cum reliquis Suffragiis consueta.**

## EXORCISMUS

### CONTRA IMMINENTEM TEMPESTATEM FULGURUM, ET GRANDINIS.

**P**er signum **X**Crucis de inimicis nostris, libera nos **X**Deus noster. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

**Dicitur Symbolum fidei, scilicet Credo in Deum Patrem, &c.**

**Deinde** Kyrie elêison. Christe elêison. Kyrie elêison. Pater noster. **V.** Adjutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cœlum & terram. **V.** Sit nomen Domini benedictum. **R.** Ex hoc nunc & usque in sæculum. **V.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus. **R.** Et fugiant qui oderunt eum, a facie ejus. **V.** Exurge Christe adjuva nos. **R.** Et libera nos propter nomen tuum. **V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Orémus.**

**O**mine Jesu Christe, qui fecisti cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, quique flumini Jordani benedixisti, atque in eo baptizari voluisti, & tuas sanctissimas manus & brachia sacratissimas in cruce extendisti, quibus ærem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis & bonitatis tuæ abundantiam, quatenus has nubes, quas ante me, & post me, & supra me, à dextris & sinistris video ærem perturbare, dissolvere & annihilare digneris: ut alligata potestas demonum impie deservientium deficiat & turbetur ad laudem tuam sanctissimi nominis, &

potentissimæ majestatis tue. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Postea conversus ad nubes signet eas signo **X** dicens: Circumdet te nubes Deus **X** Pater. Circumdet te Deus **X** Filius. Circumdet te Deus Spiritus **X** sanctus. Destruat te Deus **X** Pater. Destruat te Deus **X** Filius. Destruat te Deus Spiritus **X** sanctus. Comprimat te Deus **X** Pater. Comprimat te Deus **X** Filius. Comprimat te Deus Spiritus **X** sanctus. Amen.

**Obsecratio.** Sanctus Matthæus, Sanctus Marcus, Sanctus Lucas, Sanctus Joannes Evangelista, qui Christi Evangelium per quatuor mundi partes divulgaverunt, ipsi suis meritis & precibus, hanc tempestatem à término isto, & ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem Domino nostro Jesu Christo obtineant eflugari & depelli.

### EXORCISMUS.

**E**t ego peccator, & Christi Sacerdos seu minister, licet indignus, auctoritate & virtute ejusdem Dei & Domini nostri Jesu Christi summi Imperatoris, non mea potentia innox & confusus, vobis præcipio immundissimi spiritus, qui has nubes seu nebulas concitatis, in virtute ejusdem Dei & Domini nostri Jesu Christi, per sanctissimum ejus Incarnatum nem, per sanctam Nativitatem

per Baptismum & jejünium ipsius, per ejus sanctissimam Crucem ✠ & Passiönem, per sanctam Resur- rectionem, per admirabilem Advén- tum ejus, & Judicium, per mérita intemeratæ sempérque virginis Mariæ, & sanctissimi N. & per mérita omnium Sanctörum, ut exeatís ab eis, & eas dispergátis in locis sylvestribus & incultis, quatenüs nocere non possint hominibus, ani- málibus, fructibus, herbis, arbó- ribus, aut quibuscúmque rebus hu- mánis úsibus deputátis. Per eúm- dem Dóminum nostrum Jesum Chris- tum, qui ventúrus est judicáre vi- vos & mórtuos, & sæculum per ignem. Amen. Ipse vobis imperat, dæmones, qui has nubes commovétis, de quo de nube lúcida dictum est: Hic est Filius meus diléctus, in quo mihi benè complácul. ✠ Ip- se vobis imperat, qui sua sacratis- sima Cruce, & córporis sui sanctis- simi in ea extensióne aërem purgá- vit. ✠ Ipse vobis imperat, qui per mortem suam vos, principem vestrum, mortémque devicit, & ligá- vit, atque aetérne gehénne man- cipávit ignibus. ✠ Ipse vobis im- perat, qui inférno spoliáto surrexit a mortuis. ✠ Ipse vobis imperat, qui post quadraginta dies nube susceptus, virtúte sua ascéndit in cælum. ✠ Ipse vobis imperat, qui ventúrus est judicáre vivos & mórtuos, & sæculum per ignem.

R. Amen.

Er postea ostendat Crucem in aëra dicens.

Ecce lignum sanctissimæ Crucis, fugite partes adversæ, vicit enim vos & mundum Dóminus noster Je- sus Christus Filius Dei, Imperátor summus, leo de tribu Juda, radix David.

Postea aqua benedicta in mo-

dum Crucis ✠ aspergat quatuor la- tera. Dicendæ sunt etiam Litanix, si nondum quievit tempestas.

Symbolum S. Athanasii. Quicúm- que vult. *Añã.* Salve Regina, & Sub- tum presidium. *Cantic.* Benedicite omnia, cum Y. Glória Patri & Filio, in quolibet Vers. dicti *Cantic.*

Deinde Y. Benedicámus Patrem & Filium cum sancto Spiritu. R. Laudémus, & superexaltémus eum in sæcula. Y. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix. R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi. Y. Exúrge Christe, adjuva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum. Y. Dómine exáudi oratió- nem meam. R. Et clamor meus ad te véniat. Y. Dóminus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, aeternæ Trinitatis glóriam agnoscere, & in poténtia majestátis adorare uni- tatem: quæsumus, ut ejúdem fi- dei firmitate, ab ómnibus semper muniámur adversis.

Oratio.

Prótege Dómine famulos tuos subsidiis pacis, & beátæ Ma- riæ semper virginis patrocinio con- fidentes, à cunctis hóstibus & pe- riculis redde securos.

Oratio.

A Domo tua quæsumus Dómine, spiritáles nequitix repellán- tur, & aerearum discédet malig- nitas tempestátum.

Oratio.

A D te nos, Dómine, clamán- tes exáudi, & aëris sereni- tatem nobis tribue supplicánti- bus; ut qui justè pro peccátis nos- tris affligimur, misericórdia tua præveniënte, cleméntiam sentiámus.

Ora-

Oratio.

L Argiri & conservare fructus terræ dignare Dómine Deus noster; ut temporálibus gaudeámus auxiliis, & proficiámus spi- ritualibus incrementis. Per Chris- tum.

P Otest dici & Oratio illius Sancti, in cujus honore construc- ta est Ecclesia, & aliorum Sanc-

torum, in quibus plus de eorum adjutorio confidimus propter spe- ciale devotionem nostram. Pos- sunt dici & añã etiam devotæ Orationes cum compunctione & cordis contritione, implorando semper misericórdiam Dei. Et si adhuc tempus tempestuosum per- severaverit, poterunt supra dicta pluries repeti.

PSAL-

## PSALMORUM INDEX.

<b>A</b> D Dominum cum tribulationibus. Psalm. 119. Pag. 97.	Deus in adiutorium meum. 69. 62.
Ad te Domine clamabo. 27. 3.	Deus in nomine tuo saluum. 53. 17.
Ad te Domine levavi animam meam. 23. 23.	Deus iudicium tuum regi da. 71. 63.
Ad te levavi oculos meos. 122. 99.	Deus laudem meam ne tacueris. 108. 90.
Afferte Domino filii Dei. 28. 35.	Deus miseretur nostri, & 66. 14.
Attendite popule meus. 77. 67.	Deus noster refugium & virtus. 45. 49.
Audite hec omnes Gentes. 48. 50.	Deus, quis similis erit tibi. 82. 73.
Beati immaculati in via, qui. 118. 18.	Deus repulisti nos, & destruxisti. 59. 56.
Beati omnes qui timeant. 127. 101.	Deus stetit in synagoga deorum. 81. 73.
Beati, quorum remissa sunt. 31. 37.	Deus venerunt Gentes. 78. 69.
Beatus qui intelligit super. 40. 47.	Deus ultionum Dominus. 93. 77.
Beatus vir, qui non abiit. 1. 3.	Dilexi, quoniam exaudivit. 114. 96.
Beatus vir, qui timet Dominum. 111. 94.	Diligam te Domine fortitudo. 17. 9.
Benedicam Dominum in omni. 33. 38.	Dixi: Custodiam vias meas. 38. 45.
Benedic anima mea. 102. 84.	Dixit Dominus Domino meo. 109. 94.
Benedic anima mea. 103. 84.	Dixit iniustus ut delinquat. 35. 40.
Benedictus Dominus Deus. 143. 108.	Dixit insipiens in corde suo. 13. 7.
Benedixisti Domine terram. 84. 74.	Dixit insipiens in corde suo. 52. 53.
Bonum est confiteri Domino. 91. 91.	Domine clamavi ad te. 140. 107.
Calli enarrant gloriam Dei. 18. 11.	Domine Deus meus in te speravi. 7. 4.
Cantate Domino canticum. 149. 15.	Domine Deus salutis mea. 87. 75.
Cantate Domino canticum. 95. 78.	Domine Dominus noster. 8. 4.
Cantate Domino canticum. 97. 81.	Domine exaudi orationem. 101. 83.
Confitebimur tibi Deus. 74. 65.	Domine exaudi orationem. 142. 79.
Confitebor tibi Domine in toto. 9. 5.	Domine in virtute tua. 20. 11.
Confitebor tibi Domine. 110. 94.	Domine ne in furore tuo arguas. 6. 3.
Confitebor tibi Domine. 137. 105.	Domine ne in furore tuo arguas. 6. 3.
Confitemini Domino, & invocate. 104. 85.	Domine non est exaltatum. 120. 102.
Confitemini Domino, quoniam. 105. 87.	Domine probasti me, & cognovisti. 138. 106.
Confitemini Domino, quoniam. 106. 88.	Domine, quid multiplicati sunt. 3. 3.
Confitemini Domino, quoniam. 117. 17.	Domine, quis habitabit. 14. 7.
Confitemini Domino, quoniam. 135. 104.	Domine refugium factus es. 89. 70.
Conserve me Domine. 15. 8.	Domini est terra, & plenitudo ejus. 23. 23.
Credidi, propter quod. 115. 96.	Dominus illuminatio mea. 26. 34.
Cum invocarem, exaudivit me. 4. 112.	
De profundis clamavi. 129. 45.	
Deus auribus nostris. 43. 47.	
Deus deorum Dominus. 49. 51.	
Deus Deus meus, ad te de lauce. 62. 13.	
Deus Deus meus, respice in me. 21. 24.	

Dominus regit me. 22. 34.	Laudate nomen Domini. 134. 103.
Dominus regnabit, decorem. 92. 13.	Laudate pueri Dominum. 112. 95.
Dominus regnavit, exultet. 96. 78.	Levavi oculos meos in montes. 120. 97.
Dominus regnavit, irascentur. 98. 81.	Memento Domine David. 131. 102.
Eccc nunc benedicite. 133. 113.	Miserere mei Deus, miserere. 56. 55.
Eccc quom bonum. 132. 103.	Miserere mei Deus, quoniam. 55. 54.
Eripe me de inimicis meis. 58. 55.	Miserere mei Deus, secundum. 50. 42.
Eripe me Domine ab homine. 139. 106.	Miserere mihi & iudicium. 100. 83.
Eruitavit cor meum verbum. 44. 48.	Miserere mihi Domine. 88. 76.
Exaltabo te Deus meus rex. 144. 108.	Nisi Dominus edificaverit. 126. 101.
Exaltabo te Domine quoniam. 29. 36.	Nisi qua Dominus. 123. 99.
Exaudi te Dominus in die. 19. 11.	Noli emulari in malignantibus. 36. 40.
Exaudi Deus deprecationem. 60. 56.	Nonne Deo subiecta eris. 61. 57.
Exaudi Deus orationem. 54. 54.	Notus in Judea Deus. 75. 66.
Exaudi Deus orationem. 63. 57.	Omnes Gentes plaudite manibus. 49. 120.
Exaudi Domine iustitiam meam. 16. 8.	Paratum cor meum Deus. 107. 89.
Expectans expectavi Dominum. 39. 46.	Quam bonus Israel Deus. 72. 64.
Exultate Deo adiutori nostro. 80. 72.	Quam dilecta tabernacula. 83. 74.
Exultate iusti in Domino. 32. 37.	Quare fremuerunt Gentes. 2. 3.
Exurgat Deus, & dissipentur. 67. 58.	Quemadmodum desiderat cervus. 41. 47.
Fundamenta ejus in montibus. 86. 75.	Qui confidit in Domino. 124. 100.
Inclina Domine aurem tuam. 85. 74.	Quid gloriaris in malitia. 51. 51.
In convertendo Dominus. 125. 100.	Qui habitat in adiutorio. 90. 113.
In Domino confido. 10. 6.	Qui regis Israel, intende. 79. 70.
In exitu Israel de Egypto. 113. 95.	Quis expugnaverunt me. 128. 101.
In te Domine speravi. 30. 36.	Salvum me fac Deus. 68. 61.
In te Domine speravi. 70. 63.	Salvum me fac Domine. 11. 6.
Jubilate Deo omnis terra. 65. 57.	Si vere atque iustitiam. 57. 55.
Jubilate Deo omnis terra. 99. 13. 82.	Super flumina Babylonis. 136. 104.
Judica Domine nocentes me. 34. 39.	Tecum decet hymnus Deus. 64. 59.
Judica me Deus, & discerne. 42. 52.	Venite, exultemus Domino. 94. 1.
Judica me Domine, quoniam. 25. 23.	Verba mea auribus percipe. 5. 43.
Letatus sum in his que. 121. 99.	Vocem meam ad Dominum clamavi. 76. 66.
Lauda anima mea Dominum. 145. 109.	Vocem meam ad Dominum. 141. 107.
Lauda Jerusalem Dominum. 147. 110.	Urquequo Domine oblitisceris. 12. 7.
Laudate Dominum de caelis. 148. 14.	Ur quid Deus repulisti in finem. 73. 73.
Laudate Dominum in sanctis. 150. 15.	
Laudate Dominum omnes. 116. 97.	
Laudate Dominum, quoniam. 146. 110.	

## CANTICORUM INDEX.

Audite caeli que loquor. 91.	Confitebor tibi Domine, quoniam. 43.
Benedicite omnia opera. 14.	Domine audivi auditionem tuam. 80.
Benedictus Dominus Deus Israel. 16.	ego dixi in dimidio dierum. 52.
Antemus Domino t gloriose. 71.	Exultavit cor meum in Domino. 60.

*Magnificat anima mea Dominum.* 96. *Quicumque vult salvus esse.* 19.  
*Nunc dimittis servum tuum.* 114. *Te Deum laudamus.* 12.

## HYMNORUM INDEX.

*Æterna Cali gloria.* 81. *Hujus oratu, Deus alme, nobis.* lxxxij.  
*Æterna Christi munera.* iij. *Jam lucis orto sidere.* 17.  
*Æterne Rector siderum.* 667. *Jacobum celebret.* F. H. 24.  
*Æterne rerum Conditor.* 16. *Jam sol recedit igneus.* 110.  
*Adeste sacre Virgines.* F. H. 64. *Jam toto subitus vesper eat polo.*  
*Alis diei nuntius.* 53. F. H. 103.  
*Alto ex Olympi vertice.* xcix. *Jesu corona celsior.* In Comuni  
*Antra deserti teneris sub annis.* 421. Confessoris non Pontificis. lxxij.  
*Athleta Christi nobilis.* 390. *Jesu corona celsior.* In Festo Stig-  
*Ave maris stella.* cvij. matum beati Francisci. 631.  
*Aurora jam spargit polum.* 93. *Jesu, corona Virginum.* xlvij.  
*Beate Pastor Petre, clemens acci-*  
*pe.* 440. *Jesu Redemptor omnium, perpes-*  
*Cælestis urbs Jerusalem.* xcj. *Jam plenus annis.* F. H. 142.  
*Cælestis Agni nuptias.* 416. *Immense cæli Conditor.* 97.  
*Cæli Deus sanctissime.* 102. *Iste, quam lati.* F. H. 145.  
*Christe, sanctorum decus Ange-*  
*lorum.* In Festo S. Michaelis xxv.  
*Archang.* 656. *Iste Confessor Domini colentes.*  
*Christe, sanctorum decus Ange-*  
*lorum.* 383. F. H. 134. *In Comuni Confessoris.* lv.  
*Christo profusum sanguinem.* xxxj. *Iste Confessor Domini colentes.*  
*Corpus domas jejuniis.* F. H. 123. *In Festo Stigmatum beati*  
*Conors Paterni luminis.* 45. Francisci. 628.  
*Custodes hominum psallimus An-*  
*gelos.* 663. *Lucis Creator optime.* 96.  
*Decora lux Æternitatis, auream.* 437. *Lustra sex qui jam peregit.* 622.  
*Defensor alme Hispania.* F. H. 24. 176. *Lux alma Jesu mentium.* 524.  
*Deus tuorum militum.* xvij. *Lux ecce surgit aurea.* 72.  
*Divino agente spiritu.* F. H. 85. *Magne Deus potentia.* 105.  
*Domare cordis impetus.* 464. *Maria castis oculis.* 483.  
*Dum nocte pulsa lucifer.* 392. *Martyr Dei Venantius.* 390.  
*Ecce jam noctis tenuatur umbra.* 15. *Memento, rerum Conditor.* cxvlij.  
*Egregie Doctor Paule, mores,* 442. *Miris motis repente liber ferrea.* 499.  
*Exultet orbis gaudiis.* iij. *Nocte surgentes vigilemus omnes.* 2.  
*Ecce Justus, ecce Pastor.* 84. *Nox atra rerum contegit.* 61.  
*Fortem virili peccore.* lxxxj. *Nox, & tenebra, & nubila.* 61.  
*Felix dies, qua candida.* F. H. 91. *Nunc sancte nobis Spiritus.* 28.  
*Genis Polonæ Gloria.* F. H. 38. *O gloriosa Virginum.* cxlij.  
*Gratum diem sol exultit.* F. H. 125. *O quot undis lacrymarum.* F. H. 101.  
*Hæc est dies, qua candida.* 681. *O nimir felix, meritisque celsi.* 428.  
*Hominiæ superne Conditor.* 108. *Opes decucque regium.* 467.  
*Pange lingua gloriosi Corporis.* 132.  
*Pange lingua gloriosi Lauream certia-*  
*mini.* 615.  
 Pa-

*Pater superni luminis.* 483. *Sabbato.* 81.  
*Placare Christe servulis.* 697. *Summa parens clementia.* In Fes-  
*Primo die, quo Trinitas.* 2. to SS. Trinitatis. 117.  
*Quem terra, pontus, sidera.* cxij. *Summi Parentis Unice.* 486.  
*Quicumque Christum quaritis.* 514. *Superba testa civium.* F. H. 138.  
*Quid sæve toror.* F. H. 62. *Te deprecante Corporum.* F. H. 129.  
*Quodcumque in orbe nexibus revinxe-*  
*ris.* 500. *Te lucis ante terminum.* 113.  
*Rector potens, verax Deus.* 30. *Telluris alme Conditor.* 100.  
*Regis superni nuntia.* 681. *Te splendor, & virtus Patris.* In  
*Rerum Creator optime.* 53. Festo S. Michael. Archang. 648.  
*Rerum Deus tenax vigor.* 32. *Tibi Christe splendor Patris.* In  
*Rex gloriose Martyrum.* xxxvlij. Festo S. Raphaelis. F. H. 129.  
*Sacris solemnibus juncta sint gaudia.*  
 133. *Tu Trinitatis Unitas.* Pro feria  
*Sacra victorum.* F. H. 88. sexta. 72.  
*Salvete clara Virgines.* F. H. 62. *Tu Trinitatis Unitas.* In Festo  
*Salutis æternæ dator.* 703. SS. Trinitatis. 124.  
*Sanctorum meritis inclyta gau-*  
*dia.* xxx. *Verbum supernum prodiens nec Pa-*  
*Somno refectis artubus.* 34. tris. 140.  
*Splendor Paternæ gloria.* 44. *Vexilla Regis prodeunt.* 614. F. H. 56.  
*Summa Deus clementia.* F. H. 110. *Virginis Proles, Opifexque Ma-*  
*Summa Parens clementia.* In tris. lxxix.  
*Ut queant lasis resonare fibris.* 421.  
*Ut montis alii verticem.* F. H. 139.

Prima Editio quæ ex Typis Regiæ Typographorum & Bibliopolarum  
 Societatis in lucem prodiit.

MATRITI.

ANNO MDCCCXCVIII.



BIBLIOTECA PUBLICA  
 DEL ESTADO DE NUEVO LEON



El 1<sup>o</sup> de Julio de 1822. Regie a Alvarado  
El 25 de Julio de 229. Le separa van los  
Españoles en caso Rep.  
El 1<sup>o</sup> de Agosto to salo a fuga.  
El 6. de Agosto toma a Tampico  
El 16 de Agosto to fuga para Puerto  
El 16 de Agosto toma a Tampico Alvarado  
El 11 de Sept. Capitulacion.  
El 6 de Oct. vuelta a Alvarado  
El 10 de Oct. a Tampico  
El 4 de Sep. de 30. Salida de Alvarado



BIBLIOTECA PÚBLICA  
DEL ESTADO DE VERACRUZ

